

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Commentarivm Qvartvm Exegeticvm. De Tertia visione Ioannis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

accepi librum de manu Angeli, & deuorauit illum: & erat in ore meo tanquam mel dulce: & cum deuorasse eum, amaricatus est venter meus: & dixit mihi: Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis.

COMMENTARIUM QUARTVM EXEGETICVM.

De Tertia Visione Ioannis.

Quid nobis videatur de hac visione sentiendum?

SECTIO PRIMA.

OMMVNI s opinio, quam sequuntur Beda, Primas, Richar, Victor, Pannon, & alij, hunc Angelum Dei fortē Christū Dominū interpretatur, qui de cōclō descendēt per incarnationis mysteriū: iridem capite gestauerit, hoc est, pacem mundo attulerit: libru habuerit apertum in manu, hoc est, mysteriū gratiæ reuelauerit: instar leonis rugierit, id est, futurā dānationis pœnas terrifica voce denūciauerit, tēpūque amplius post iudiciū non futurū iureirando confirmauerit, pedē dextrū super mare, sinistrum super terrā posuerit, id est Gentilē, Iudaicūque populu suæ potestati subiecerit, denique post eius vocem septē tonitrua locuta fuerint, id est, Apostoli eius fidem per vniuersum terrarum orbem prædicauerint: vnde & filii Zebedæi Christus Boanerges, id est, filij tonitru nomen imposuit. Marc. 3. Cæterū hæc expositio nobis non sat is probatur: quorsum enim hoc loco ad incarnationem, & primum Christi aduentū recurrat Ioannes, qui totus iam est in secundo, extremisq; mundi temporibus describindis? Qgare existimamus hoc capite præparationem quādam præmitti ad ea, quæ capitibus sequentibus dicenda sunt de temporibus Antichristi. Itaque ne de iustitia Diuina securitate, quæ tunc maximè exercebitur, conqueti homines possint, nunc Deus Angelum quendam mittit ad Ioannem, qui ad Antichri nouis comminationibus iureirando confirmatis de mundi fine, & mysterio in sūtempora tuba septimi Angeli cōsummando flagitosos homines perterreat, & à scelerum turpitudine auocet, atque ad iram ipsius per penitentiam mitigandā adhortetur.

Igitur hic Angelus fortis descendens de cōclo, itim in capite gestans, cæterā que instar nobilissimi cuiusdam legati ornamenta præferens (vt vult Andr. Episc. Cæsaræ Cappadocia) Angelus est bonus, Christi Domini, personam gerens: nec desunt, qui eundem illum Angelum putent, quem cap. 5. Ioann. vedit prædicatēm voce magna *Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius?* librum vero, quem tunc aperire optabat, apertura iam ab Agno modo portare, vt Ioanni trāderet. Apparuit porro, induitus vestimentis legationi conuenientibus, quæ ipsam etiam legandi causam indicarent. Primum nanque amictus erat nube ad indicandam eorum tempore cōfusionem, denique errorum caliginem, qua mortales alienissimi illis temporib⁹ impliciti versabuntur. Iris in capite oblatam à Deo pacem, & fœdus significati, si homines pœnitentiant. Pedes signati contraria, ni pœnitent, iracundiam, & furorem, similitudo columnarum fortitudinem, & poten-

I.
Beda.
Primas.
Rich. Vict.
Pannon.

Per Angelum
Di fortē
Christus ad
umbratetur.

Marc. 3.

II.
Andr. Episc.
Apocal. 5. 2.

tiam ad supplicia impii inferēda. Alterum habebat super mare, & alterum super terram: quia omnia sua magnitudine complectitur, ne quisquam sive in mari, sive in terra furorem eius subterfugere posse arbitretur. Rugitus instar leonis irā magnitudinē indīsat. Locuta sunt septem tonitrua, quia per omnium creaturarum universitatem, quae in septenātio numero solet intelligi, aduersus impios v̄que adēd terrificus apparebit, ut vbiique tonare videatur, iuxta illud i. Reg. 2. *Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipso in cælistonabit.* Iubetur Ioannes tonitruorum voces signare, id est, tacita secū cogitatione notare, nec tamen scribere: fortasse ne tantorum malorum, quae ipsi ostensa sunt, prænūciationē perterriti mortales animo conciderent, & in salutis desperationem venirent. Quod sequitur de iurecurando, ad tempus post iudicium pertinet: quod mysterium, cui dicatur in voce septimi Angeli consummandum, eo loco docebimus. Iubetur etiam Ioannes librum apertum sumere, & deuorare, ut in eo nimirum legat, & cogitatione reueluat, quae per revelationem deinceps de Antichristi ēmōre, & fine mundi debet accipere, & Ecclesia nuntiare: quem in ore dælcem: in ventre sentit amarū, quia ipsa prænotione rerum futurarum delectatus, paulò post tot, tantorumque malorū mortales expectantium cogitatione incredibilem animo dolorem cepit. Denique, quod Ioanni dicitur oportere, illum iterum prophetare gentibus, illud significat Ioannem ex insula Pathmos, vbi omnesq; visiones accidebāt, in Asia minorem reuerserum, & Euangeliū, quod post Apocalypsim scrip̄isse initio huius operis diximus, multis annis prædicaturum, reliquerūque posteris, qua de re inferius disputabimus. Nunc ea, quae generatim, & vniuersē de huius visionis mysterio perfrinximus, minutius concidamus.

Cur Christus pedes instar columnarum ignis habere dicatur?

Et in primis prima de misericordia, & iustitia
expositio affertur.

SECTIO II.

I. **T**A M E T S I per hunc Angelum fortē non ipsum Christum, sed Angelum quēdam sanctū Ioanni loquentem cum Andrea Episcopo Cæsarea intelleximus, minimē tamen dubitandum est, quin Christum is Angelus representauerit, ciūque personam gesserit: atque adēd omnia eius ornamenta ad Christum multo meliori iure pertinuerint. Quoniam igitur de ride, quae super caput eius apparuit, multa diximus cap. 4. nunc illud est ordine disquirendum, cur eius pe-

Pedes Christi des tanquam columnæ ignis dicantur: sic enim Græcè est καὶ οἱ πόδες αὐλαῖς simifericordia, & iustitia.

Remigius. **R**emigius. **D. August.** *ποδοι πρόποδες. Prima expositio est per duos pedes Christi duas eius virtutes principias misericordiam, & iustitiam significari, quarum alteram in primo aduentu potissimum ostendit: alteram in iudicio demonstrabit: esse enim vtramque veluti pedes Christi, quibus ad nos venire consuevit, non obscurè significauit Regius vates Psalm. 24. Dulcis, & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget mansuetos in iudicio: docbit mites vias suas. Vniverſa via Domini misericordia, & veritas. Etenim hoc sensu locum intellexit Remig. & D. August. qui inter alia, Dulcis inquit, & rectus est Dominus, qui post misericordiam vocations, & venie, quae habet gratiam sine meritis, digna ultimo iudicio merita requirit: quas autem vias docbit nisi misericordiam, qua placabilis, & veritatem, qui incorruptus est? quorum unum precepit donando peccata, alterum merita indicando: & ideo vniuersa via Domini duo sunt aduentus filij Deus, unus quidem misericordis, alter vero iudicantis. Hæc ille. Itaque duobus his*

his quasi pedibus ad nos venit Christus: ambo autem instar columnarum sunt propter firmitatem & potentiam, quam in misericordia, & iustitia operibus declarat. Porro ista columnas sunt signae propter amoris ardorem, quem non mferando solum, sed puniendo etiam demonstrat: hanc enim ob causam dixit sponsa Cant. 5. *Cura illius columna marmorea, qua fundata sunt super bases aureas.* Vere enim *Cant. 5. 15.* duo hi pedes Christi, columnas sunt fundatae super bases aureas charitatis, quae tam in misericordia, quam iustitia operibus mirificè resplendet.

Et verò pedem dextrum misericordia, sinistrum iustitiae dixerim multas ob causas. Primum, quia pes dexter multò est fortior, quam sinistru: sic enim fortior rem se, ac potentiorum Deus in sua erga homines misericordia arguitur, quam in operibus iustitiae demonstrauit. Vnde Moyses cum misericordem Deum appellauit, fortē dixit Exod. 34. *Dominus tuus Deus misericors, & clemens, seu, ut alii transferunt ex Hebr. Fortis, & misericors.* Id quod etiā cōceptis verbis dixit Apost. Rom. 9. illis verbis: *Volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa potentia vas irae.* Quo loco non solum significat Deum iram simul, & potentiam ostendisse in puniendo Pharaone, de quo paulò ante locutus fuerat Apostolus, & propterea illum patienter tāto tempore sustinuisse, sed hoc ipsum quod ^{Deum indul-} cūm tādiu sustinuit per misericordiam, maximum fuisse suae potētiae argumentū. ^{gendo poten-} Sic enim eum locum intellexit D. Chrys. homil. 16. super epist. ad Rom. *Non vult, ostendit.* ^{tiam suam} inquit, *Deus suum robur per supplicium innoscere, sed per beneficium, & liberalitatem.* D. Chrysost. Taliis igitur Pharaonem multo tempore suam simul declarans honestatem, & potentiam, Idem exp̄sē dicitur Sap. 11. *Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimilas peccata hominiū* propter p̄niten̄tiā. Vbi obseruanda est illa consecutio, non enim dictum est: *Misereris omnium, quia misericors es, sed, quia omnia potes, id est, quia omnipotens.* Ratio huius rei ea affterri potest ex eo, quod Deus sit omnipotens, omnia quasi nihil, & indigna sua ira, & indignatione reputare iuxta illud Poëtae,

Dignum te Caesaris ira. Nullus honor faciet.

Aut certè, quod magis placet, quia iram posse cohibere, & peccantibus parcere: excelsi eiusdem, ac generosi est animi, & quin non impotens sit sui, sed potens maximè ad sibi quidquid tandem acciderit imperandum: quo sit, vt haec in Deo ex- D. Fulg. cellens, præstansque natura eius animi, vt ita dicam magnitudinem, imò & omni- *Esa. 55. 7.* potentiam declarat. Meritò igitur D. Fulgent. Epist. 7. ad Venantiam de recta p̄- intentia, expendens illud Esaie sy. *Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserebitur eis, quia multus est ad ignoscendum,* sic ait. In hoc multo nihil deest, in quo est omnipotens misericordia, & omnipotens misericors: tanta est autem benignitas omnipotentis, & omnipotencia benignitatis in Deo, vt nihil sit, quod nolis, aut non posse relazare conuerso. Denique idem canit Ecclesia, cum dicit: *Deus, qui omnipotentiam suam parcendo maxime, & mferando manifestat.*

Deinde, quia mox à dextro pede incipit: evenimus, vt auctor est Philostophorus Princeps lib. 2. de cælo cap. 2. dextrum vniuersusque id esse dicimus, vnde principium motionis emergit, cōuersioneque cœli principium, id est, vnde oritur stellæ: hoc est dextrum, sinistrum, vbi occidunt: sic igitur principium Diuina motionis misericordie est, indeq̄ue Diuinarii gratiarum pulcherrima syderata, quam à parte d'extra orientur: occidunt verò ad lœuam propter iustitiam. Quam ob causam ferè in sacris literis prius misericordia quam iustitia nominatur, veluti Psalm. 24. *Dulce, & regia Dominiū: & uniuersa via Domini misericordia, & veritas.* Psalm. 100. *Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine: & Psalm. 60. Misericordiam, & veritatem: eis quia requires?* Et multis alijs in locis. Inde etiam est,

F.F.

II.
Misericordia
pes Christi
dexter, iusti-
tia sinistra.
Exod. 34. 6.

quod Deus ex primaria voluntate cælum in beatorum domicilium fabricauit, gehennâ verò non nisi ex secundaria in damnatorum pænam efficit, ut non obscurè D. Chrysost. hoc ex capite à dextra parte, hoc est, à misericordia sua motionis initiu sumpsiisse Mat. 15. 34. 41. dicendus sit. Ita docet D. Chrysost. in priori parænesi ad Theodorum lapsum his verbis: *In hoc quidem creauit nos Deus, ut regnum cælorum tribueret, non ut in gehennam destruderet, quæ propter Diabolum facta est. Vtrumque vero Christus subindicat Matth. 25. cum se diuersum commemorat ihsus, qui à dextris stabunt: Venite benedicti patris mei: posidete paras: unum vobis regnum à constitutione mundi: ihsus autem, qui à sinistra erunt: Discidite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus es Diabolus, & Angeli eius. Nec verò credendus est D. Chrysost. negare gehennâ fuisse etiâ paratam reprobis hominibus, sed illud tantum affirmare fuisse post Dæmonis, & asseclarum Angelorum casum, qui peccatum hominis ante eis sit, constitutam: atque adeo non ex intentione primaria in teripsa mundi opera, sed ex Dæmonis peccantis occasione fabricatam.*

Denique quoniam quemadmodum dextrum illi dicitur, quod magis est naturæ accommodatum, sinistrum verò, quod præter naturam accidit, ita misericordi proprium est Misereris proprieum est naturæ Diuinæ, punire verò quasi extraneum, hoc est, à sceleribus, quæ patrantur, cura Diuina, occasionem, materialiæque accipiens. Vtrumque habes Esai. 28. *Vt faciat opus suum, punire quasi alienum opus eius: vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. In quem locum D. Hieron. Esai. 28. 11. Hier. Contra impios, inquit, irascetur Dominus, ut faciat opus suum: non est enim opus Domini perdere, quos creauit, sed facere opus alienum: peregrinum enim est, & alienum ab eo, ut puniat qui est salvator. In eundemque sensum dicitur Thren. 3. Non ex corde suo humiliavit, Thren. 3. 33. & abiecit filios hominum, id est, Non est cordis sui punire, sed id facit prouocatus: quomodo enim ex animo dicatur punire, qui Gen. 6. *Tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem quem creauit. Atque hanc præceptam, & facilem ad miserendū naturam Christus, ubi primum natus est, ostendit: ea enim ipsa die, qua fuit in lucé editus, Romæ in Transiberina regione fonte olei voluti culturæ, qui integrum diem sine intermissione manauit, vt argumento esset ipsum, ubi primum in terris pede posuit, simul dextrum misericordiæ pede quamprimum ostentasse, eoque sue clementiæ, & misericordiæ fontem aperuisse, ex quo omnia beneficiorū genera continenter dimanarent. Sic scribunt Sabellius lib. 2. Enneadis 7. & Platina in vita Pontificiū in Iesu Christo: quanquam hoc prodigiū non ipso die ortus Christi, sed multò antea accidisse probabilius videatur: quemadmodum testatur Euseb. in Chron. Paul. Diac. lib. 7. de gestis Romanorum, Paul. Oros. lib. 6. cap. 19. qui adiit eiusmodi signum gratiam per Christum largè effundendam portendisse.**

Duae aliae expositiones de Christi pedibus instar columnarum explicantur.

S E C T I O III.

I. **P**raeter superiorē de Christi pedibus instar columnarum expositionem, quæ diximus duo eius præstantissima attributa misericordiam videlicet, & iusticiæ expressa fuisse: sunt aliae quoque duæ, quarum una, quæ secunda sit ordine, habet per pedes columnis similes eam firmatatem, stabilitatemque certam, ac ratæ prouidentiæ significati, quia Christus omnia præpotenti virtute administrat, & ne in nihilum intereant, admirabili potentia sustinet: ita ut Christi pedibus tanquam columnis firmissimis vniuersa mundi, & Ecclesiæ moles, ac fabrica sustentetur. Hoc etiam sensu Theod. intelligit illud Cant. 5. *Crura illius columnæ marmorea, que fundata sunt super bases aureas: bases autem aureas nominavit, ut pretiosarum actionum decus declararet. Eandem Christi firmatatem expressit Apost. illis verbis. Heb. 1.*

Portans

Portans omnia verbo virtutis sua: quod communiter interpretes ad vniuersitatem huius gubernationem referunt; aduertitque Theoph. non dictum esse Gubernans, sed Portans, sumpta metaphora ab iis, qui dìgito aliquid mouent, & aliò transferunt, ut significauerit Apost. tale tantum que pondus creaturarū adeo citrā negotiū portari à Christo, ut nihil baſilare videatur, quippe quis glo verbo omnia suffineat. Idem colligit Georg. Venet. in Harmonia cāt. 2. tono. 2. c. 9. ex illis verbis ad Col. 1. omnia in ipso cōstat: quae verba videtur ad colunā firmitatē alludere. D. etiā Greg. lib. 2. Georg. Ven. Coleff. 1. 17. Moral. c. 12. expendēs illud Esaiæ 40. Quis appendit tribus dīgiū molem terra? quis mensura est pugillo aquas, & palmo calosponderauit? & illud eiusdem Proph. cap. sexagesimo sexto. Celum mibi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum, sic ait: Sedi, cui præsidet, Esai. 66. 1. interior, & exterior manet: celum autem palmo metiens, & terram pugillo concludens dicitur, D. Gregor. quid ipse omnia contineat. Itaque per se dem, cui præsidet, intelligitur, quod sit interius suprāque: per pugillum vero, quo continet, exterius, & subter. Non super omnia est, & infra omnia; superior est per potentiam, inferior per sustentationem: ubique præsidens sustinens, & sustinendo præsidens. Hæc ille. Quæ quamvis de Dō absolutè differat, tamen Christo etiam secundum utrunque naturam tribuenda sunt, quippe cui secundum utrunque naturam Diuinā creata omnia, secundum humanam verō vniuersitatem Ecclesia fabrica innitatur: vnde est illud Ps. 128. supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt ini- Ps. 128. 3. 2. quitatem suam, hoc est, ut interpretatur Remig. Dorsum meum adem sibi fecerūt Remig. flagellando: in qua fabricatione prolongauerunt iniquitatem suam, & ex opposito iustitiam meam: quod dicit ad consolationē auditorum, ne illis molesta sit tribulatio, cùm iustitia inde crescat. Itaq; supra dorsum Christi fabricabatur Ecclesia, cùm verberibus caedebar: quamobrem meritō eodem Ps. canit Ecclesia: supra expugnauerunt me à inveniente mea: etenim non potuerunt mihi, id est, non prævaluerūt: quomodo enim cuerter, & solo æquare potuissent illud ædificium, quod supra Christi dorsum, hoc est, firmissimam petram erectum fuerat? Obseruat Theod. Aquilam, & Theodotionē eundem locum ita transtulisse: supra dorsum meum arauerunt arantes: Theod. serunt peccatores: nā & in Hebræo propriè est: supra dorsum meum arauerunt arantes: hoc enim sonant Hebræa verba ἡπτά πρώτη. Quod quidem Theodoreetus refert ad flagella, & verberationes triumphatoribus Martyribus à tyrannis infictas: verū ad Christi flagella spectare dubium esse non debet. Ea vero similitudine indicatur Christi dorsum quasi tellurē frugiferam fuisse, flagellis, & verberibus proficissā, & aratā, vt in clementi vniuersitate Ecclesia iaceretur, ex qua infinita fidelium leges breuissimo tempore pullularet: eodemque modo supra dorsum martyrum arat̄ persecutores, & seminant segetē meritorum, & iuxta vulgatā editionem fabricant ipsis pulcherrimas gloriae coronas. Non est autem prætereundum, quod sequitur: prolongauerunt iniquitatem suam: ea nimis rum est impiorum natura, ut iniquitatem semper extendant ducta similitudine, ut plerique voluntà funibus, qui ut longiores efficiantur, alij alii nec sunt. Sic enim impii iniquitatem iniquitati, qualis funē funē addunt, itaque longissimum funē conficiunt, quo ipsi constringantur, iuxta illud Prou. 5. Funibus peccatorum suorum constringitur impius. Id vero tunc fit, Prou. 5. 2. II. cùm iniquæ cogitationi, iniquum consensum, confensu opus, operi consuetudinem, consuetudini nec essitatem, nec essitati excusationem, excusationi defensionem, Ecclesia seu defensioni impenitentiam, impenitentie desperationem adiiciunt. fideles extremitatem temporibus tanquam pedes, id est, ultima membra Christi ignetri columbus probabuntur: qui columnis quidem propterea comparantur, quia comparantur

prædestinati tanquam columnæ immobiles permanebunt: ignis verò columnis, quoniam ardentissimo persecutionis igne eo tempore probati, toti incensi, ignis que rubebunt, præcipue verò Euangelici concionatores, qui peculiari quadam ratione pedes Christi appellantur, quia iis tanquam pedibus Christus incedat, vniuersumque laetret orbem, ut iam alias diximus. Quod verò ignis tribulationē *Psal. 65. 10.* significet, perspicuum est ex illis verbis, *Psl. 65.* *Quoniam probasti nos Deus: igne nostra exanimasti, sicut examinatur argenti;* & paulò post: *Transiūm per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium:* vbi obseruanda est elegans D. Aug. ratio, cur Deus Santos suos prius per ignem, deinde per aquā in refrigeriū educat. *Vt,* inquit, *quod in igne formatū est, aqua non timeret, si autē solidati igne non fuerit, tanquam luita aqua soluerit: noli festinare ad aqua, per ignem ad aquā transi, & transi aqua, & aqua firmus esto aduersus ignem, coqui te oportet, tanquam vas fictum micteris in caminum ignis, ut firmetur, quod formatum est.* Itaque vult D. Augustinus hominem prius bene probatum, tanquam igne coctum nullas iam amplius persecutions, & labores formidare, quemadmodum vas in igne coctum aquam non timet. Aduertendum est etiam non vacare mysterio, quod argenti similitudo adhibetur, quod in igne sic purius: sic enim Sancti in tribulatione putiores euadunt. Ceterum multi non sicut argentum, sed sicut in plumbum conflantur, quod in igne consumitur, quoniam tribulationibus & suppliciis deteriores *Hier. 6. 24.* efficiuntur, quod ad literam de Iudaico populo dictum est, *Hier. 6. Consumptum est in igne plumbum, frustra conflans conflator: malitia enim eorum non sunt consumptae.*

Cur Christus dextrum pedem super mare, sinistrum super terram habeat?

Et posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram.

S E C T I O IV.

- I. **D**uo in huius sententiae explanatione desiderati videbantur, vnum erat, cur Christus altero pede mare, altero terram premere describeretur? Alterum, cur dextro, potius pede, quam sinistro mare: sinistro autem potius, quam dextro terram calcare visus fuerit? Cum ergo iam in superioribus priori dubitationi fecerimus satis significatum videlicet fuisse vniuersum terrarum orbem, qui terra, marisque appellatione comprehendendi solet, Christi Domini imperio, potestatique subiiciendum: superest, vt posteriorē diluvium.
- II. Primū igitur, vt plerique in hunc locum annotarunt, Christus Dominus dextrum pedem, qui fortior est, & valentior, habet super mare natura inquietum, & procellosum, & quod ventis hinc inde continuo excitatu seruet: sinistrū vero, qui videtur imbecillior, super terram natura sua immobilem, & semper constiterat loco, imò, & quæ tutus esse portus solet nauigantibus: quoniam vbi maiores aduersus Ecclesiā procœlā excitatae fuerunt, maiorem ibi vim, & fortitudinem Christus exercuit, & quasi super mare ambulauit, dextero potissimum pede illud calcans, fluctusque omnes sua virtute, & imperio compescens, imò vt habes Mar. maiorem vīnū 4. præcepit ventis, & mari. Et facta est tranquilitas magna, vt meritò ab Ecclesia persecutoribus usurpati illud potuisset: *Quis putas est iste, quia ventus, & mare obedirent ei?* *Marc. 4. 39.*
- Vbi maiores in Ecclesiā procelle exercitantes, ibi* 40. *calcans, fluctusque omnes sua virtute, & imperio compescens, imò vt habes Mar. maiorem vīnū 4. præcepit ventis, & mari. Et facta est tranquilitas magna, vt meritò ab Ecclesia persecutoribus usurpati illud potuisset: Quis putas est iste, quia ventus, & mare obedirent ei?* *Marc. 4. 39.*
- Psal. 88. 10.* *Tu dominus tuus seculi potestatibus, & mitigas tentationes quas communent serui tui:* *D. Hieron.* *Iob 9. Qui gradus super fluctus mari, qui facit nocturnum, & orionem.* In quem locum D. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 5. 6. & 7. nomine maris intelligit se uientem mundi huius amaritudinem, gradusque ait Dominum

minum super fluctus maris, quia cum se procellæ persecutionis erigunt, miracu-
lorum eius obstupefactione trahuntur: *Qui enim, inquit, tumores humane visania
mitigat, quasi eret in cumulo undas calcat.* Deinde Arctum septem stellis fulgen-
tem interpretatur. Ecclesiastem septem candelabris, iuxta Apocalypsim Ioannis
splendentem, hoc est, septem Spiritus sancti donis quasi sideribus coruscantem,
*Quemadmodum igitur, inquit, Arcturus semper versus est, & nuncquam mergitur: ita Eccle-
sia persecutio[n]es Ethnicorum sine cessatione tolerat, sed tamen usque ad mundi terminum sine
defectu perdurat.* Denique Orionum nomine Martyres accipit: quenadmodum
enim Orionis in ipso pondere temporis hyemalis oriuntur: ita Martyres pondus
persequentiū, molestiasque tolerantes quasi in hyeme veniunt. Illud porr[oc] ad-
diderim Orionem cum distretto gladio depingi, qui tamen gladius ex sideribus
constat, quoniam ille ipse persecutio[n]is gladius, quo Martyres feriuntur, sideri-
bus coruscat: in modo totus siderius est, ex sideribusque confectus: siquidem totidē
Martyres sideribus rutilant, quod persecutionibus exercentur. Hanc dextram pedis
calcantis mare fortiusq[ue]m obseruavit D. Augustinus super illa verba Psal. 92. *Psal. 52. 4.*
*Mirabiles elationes mari, seu v[er]o legit, Mirabilis suspenſus in altis Do-
minus. Su[m]p[er]n[er]e, inquit, exaltationes mari sunt, cum enim irascitur mare, su[m]p[er]n[er]e
fluctus: mirabilis igitur suspenſus in mari, mirabilis mors, mirabilis persecutiones. Sed vide, quid
sequitur, Mirabilis in altis Dominus: turbabatur mare, fluctuabat nauicula, venit Dominus
ambulauit super mare, presu[m]ptus fluctus: super mare enim ambulauit, hoc est, super capitalem terram
fluctuum magnorum sumentum: quoniam potestates, & Reges crediderunt, & subiugati sunt
Christo. Denique illud etiam in candem lententiam plerique afferunt, quod dici-
tur Eccl. 43. In sermone eius filius venit, & cogitatione placuit abyssum & plantauit illum
Dominus Iesus, pro quo est Graec: Plantauit in ea, id est, in Abysso r[er]um, hoc est in
fusis: facile autem fuit pro r[er]is legere Iesus: tunc vero additum fuit Dominus.*

Secundo, utrait Pand[ion]. & alij, habet Christus dextrum pedem super mare, id II. 3.
est, super populum Gentilium, sinistrum vero super terram, id est, super populum
Iudaicum: quia enim dextrum id vocamus, quod prosperum, gratumque est, sini-
strum vero, quod aduersum, minusque iucundum: meritò Dominus super Gentilem
populum pedem dextrum, super Iudaicum vero sinistrum posuisse dicitur, quia
reiectis propter suam ipsorum duritiam Iudeis Gentilem populū adamauit. Ita-
que quemadmodum Iacob in benedictione filiorum Ioseph, dextram manū suā Genteis re-
periuniorem, sinistram super maiorem posuit: ita Christus Dominus mutatis pe-
ribus dextrum super Gentilem populum, sinistrum super Iudaicum collocauit, Christus a-
cum ante e contrario res haberet. Quam ob causam dicitur Act. 13. *Nobis oportebat, Iudeis re-
primū loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos indicatis aeterna vita,* *Act. 13. 46-*
*ece conuertimur ad gentes: sic anim praecepit nobis Dominus: iuxta illud Esai. 49. Posuit se Esai 49. 9.
in lucem gentibus, ut sis in salutem usque ad extremum terre. Illud tamen meritò qua-
res cur Hebraorum populus terra, Gentilis, maris appellatione expressus fuerit?*
Prima ratio est, quoniam Gentiles errorum fluctibus instar maris iactabātur, nec
ullum ferre fructum poterant sanitatis: Iudei autem veluti terra erant à Deo
ex culti, fructumque eo tempore cerebant fidei, & probitatis. Et quidem quod ac-
cidentem attinet, eos non solum terram, sed terram conuersam in falsuginem, sicut tur-
salinas, ut alij transforment; appellat Reg. Proph. Psal. 106. *Posuit flumina in desertum,* *Gentiles ma-
re, Iudei ter-
ra, caro dracon-*
& exitus aquarum in sim: terra fructifera in falsuginem, à malitia, id est propter mali- P[ro]p[ter] 106. 33.
tiam habitantium in ea. De Iudeis enim à Deo reiectis eum locū intellexit D. Aug.
Quia, inquit, apud Iudeos fidem Christi non inuenis, queris Proph. non inuenis: quare hoc: *D. Aug[ustinus]*
quia posuit flumina in desertum, & exitus aquarum iu sim: terra fructifera in salin.

F. iiij

Abac. 3. 15. Quod verò Gentiles maris nomine exprimantur, docet D. Hier. super illa verba
Septuag. Abac. 3. Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum, seu ut habent 70.
Apostolis. superinduxisti in mare equos tuos, conturbantes aquas multas. Viam enim fecit Christus
reliqui pre-
dictatores, equi quas Christus as-
cendit.
Apoc. 19. Ascendit, inquit Hier.
D. Hieron. Christus in Apostolis, & postea in uno equo candido, quem alium non puto esse nisi Apostolum,
D. Gregor. Paulum super quem equitans omnem orbem peragavit. Ascendit autem verbum Dei in equis
suis, ut turbarentur aquae multae, hoc est, populi multi, ut errorem pristinum decenteres veluti
Idem. conturbati venientem equitem susciperent. Translationem Septuag. in eundem sensum
Psal. 68. 15. sic accipit D. Greg. lib. 31. M. or. c. 18. Dimisit Dominus in mare equos suos turbantes aquas
D. Ambros. multas: quieta enim aquae iacerent: quia humana mentes diu sub visiorum suorum corpore
sopite sunt: sed equis Dei mare turbatum est, quia misericordia predicatoribus omne cor, quod
peccata securitate turpuit, impulsu salutiferi timoris expansit. Quoniam verò nostratran-
latio luti mentionem facit, id quoque explicavit Greg. lib. 34. M. or. cap. 8. Viam, in-
sic fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum non multarum, ac si iaceret. Aperiisti iter pre-
dictatoribus tuis inter doctrina huius seculi, sordida, & terrena sapientes. Per lutum enim de-
siderimus sordida voluntate exprimitur, luxia illud Ps. 68. Eripe me de luto, ut non infigar. D.
Ambr. lib. de Isaac, & anima, cap. 8. afferens eundem locum Abac. obseruantid-
circum concionatores per equos animal bellicosum, & palmis consequentes inscri-
uiens designari: quoniam Christus equos suos, id est, Apostolos non ob aliud,
quam ad obtinendam palmarum victoriae ascendit.

III. Illud postremò in eundem locum adnotauerim instar miraculi, & prodigijs com-
memorari à Propheta, quod Deus equos suos non super terram, neque super flu-
mina, sed super ipsum profundissimum mare concitauerit, nec tamen aquarum
multitudine obrui, & submergi potuerint, quin potius ipsum mare facilis negotio
turbauerint, quemadmodum solet equus exiguum aliquem riuulum, cum per-
transit, pedibus turbare. Sic namque Apostoli cursu sua prædicationis Gentilitatis
mare ingressi nunquam vel Gentium humana sapientia, vel tyrannorum per-
secutionibus quasi fluctibus obrui, & inuolvi potuerunt: quin potius ipsi aquas
omnes turbauerunt, siisque turbatis, id est, fallacibus Gentilium superstitionibus
eueris in ipso mari, quod tanquam prodigium Propheta commemorat, veluti
equi discurrentes victoriae palmarum erecto vexillo obtinuerunt. Id quod ad
2. Cor. 10. 4. literam dixit Paulus 2. Cor. 10. Arma militie nostra non carnalia sunt, sed potentia Deo
ad destructionem munitionum, consilia destruentia, & omnem altitudinem excellentem sedad-
versus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.
Alias huius mysterij rationes, cur nimis Iudei terra, Gentiles mare dicantur
breuitati confluentes consultò prætermittimus.

Septem tonitruorum mysteria explicantur.

Et cum clamaasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.

S E C T I O V.

I. *Concionato-*
res tonitrua
cur dicantur. **P**rimum explicandum erit, cur pertonitrua concionatores Euangelici com-
municiter, ut diximus, ab interpretibus intelligentur, nō vero septenario pro-
ppter vniuersitatem comprehensi? Deinde, cur post rugitum Angeli habentis pe-
dem vnum super mare, & alterum super terram locuta fuerint voces suas? Deni-
que, cur eorum voces signare Ioannes iubetur, prohibeatque mandare literis?

II. **I**gitur concionatores tonitruorum nomine non immerto accipi perspicuum
est ex eo, quod Christus Dominus Zebedai filios duos nimis ex præcipuis

Euangelij sui præconibus Boanerges, id est tonitruis filios, quod ex Hebreo iohannes
tismo idem est, atque tonitrua appellavit Marc. 3, vnde D. August. lib. 17. de ciuitate cap. 4. expendens illa verba Annae matris Samuelis 1. Regum 2. Dominum for. 1 Reg. 2. 10. Marc. 3.
midabunt aduersarij eius, super ipsas in celis timabit, leu. vt ipse legituxa Septuag. Do- D. August.
minus ascendit in celum et sonuit, docet Apostolos fuisse illa tonitrua, per quam Dominus post ascensionem suam in uniuerso orbe sonuit. Est autem duplex potissimum huius appellationis ratio præter alias, quas iam tradidimus cap. 8. Prima ducitur ex eo, quod tonitruum maximè sonat, totumque cælum videtur concutere. Sic enim Apostolica prædicatio per uniuersum orbem mitum in modum info- lib. 26. 14.
nuit: quam eandem rationem affert D. Hieron. (si eius sunt commentarij in Job) cur Diuinitas verbi in humanitate quasi in nube conclusa tonitruum appelletur Job 26. Cum vix paruam stellam sermonis eius audierimus, quis posuit tonitruum magnitudinis illius inueniatur? Quasi dicitur, inquit Hieronymus, si assumptionis forma serui penitentie infabilibus mysterijs continetur. Et ad comparationem assumptio Dei stellæ permodica est: quanto magis D. Hieron. quisque non poteris tonitruum magnitudinis eius inueni, id est, ipsum Diuinitatemque ideo tonitruis nomine dicta est, quia de excelso fama nominis eius in Christo Iesu filio suo terra insonuit, et hominibus fragore terribilis intonuit. Itaque iuxta D. Hieron. Diuinitas in carne tonitruum fuit, quia maximè tonuit, id est maximam sui cognitionem per Christum immortalium mentibus ingenerauit. Secunda ratio est, quia tonitrua maximum solent mortalibus terrorem incutere, ad eundemque modum Euangelij præcones proposita Diuinorum iudiciorum severitate hominum mentibus terrorem iniiciunt, iuxta illud Pl. 103. Super montes stabunt aquæ: ab incepitione transfiguerent: à voce Psal. 103. 6.
tonitruis formidabunt. Quam ob causam D. Greg. li. 7. Mor. c. vlt. citatum locum ex D. Gregor. Job de secundo Domini aduentu ad iudicium interpretatur hoc sensu: si humiliatio eius admiranda vix ferimur: horrendum, atque terribilem maiestatis eius aduentum quis virtute tolerabimus: quod scutrum admetus illius in sinu aut Davidi 1. 49. Deus manifeste venier: Deus noster et nos illebit. Ignis in conspectu eius exardecet: et in circuitu eius repectus validus. Psal. 49. 3.

Deinde obseruandum est non sine mysterio dictum esse locuta fuisse scriptura septem tonitrua, postquam Angelus ille rugiit. Pro quo adverte ex diuo Basili. homil. 9. D. Basili.
in Hexam. & D. Ambr. lib. 6. in Hexam. c. 3. Leonis voci tantum naturaliter inesse D. Ambros.
terrorem, ut multa animantium, qua per celeritatem possent impetum eius evadere, rugientis eius sonitu velut quadam viattonita, atque iacta deficiant. Igitur mortuus Christus à mortuis excitatus instar triumphantis leonis rugiit, inimici comparatur, cùsque suos rugitus suo perterrefecit, tunc vero Apostoli, omnésque Euangelij præcones, qui ante pax metu foras prodire non audebant, ceperunt sua prædicationis reboato quasi tonitruo uniuersum orbem concutere, atque ad Christi Domini cultu plurimos tam ex Iudeis, quam ex Götibus quasi rugitu leonisiam obstupefactos faciliter negotio petrare here. Vnde Abac. cap. 3. non prius Apostolica Abac. 3. 4.
prædicationis felicem successum retulit, quam aduentum, & mortem Christi, cuiusque de ipsa morte, ac Dæmoni triumphu commemorauit. splendor, inquit, eius ut lux erit: cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem eius ibi mors, et egreditur Diabolus antepedes eius: Vide quid lequitur: stetit et mensis est terram: aperexit, et dissipavit Gentes, et contrites sunt nentes seculi: incurvati sunt colles mundi ab itineribus aternitatis eius, hoc est, ut interpretatur D. Hieron. Stans Salvator, et cuncta perficiens, et ecclœ suo uniuersitatem mundi metiens Genium mulierinum dissipavit, quibus dissipatis contritis sunt mentes huius seculi, et incurvati colles. Et rectè dicuntur incurvati, auto aduentum quippe Salvatoris erecta ceruice gradiebantur: contriti autem, & incurvati sunt ab itineribus aternitatis illius ad nos

Ff iiiij

uenire dignata est: ubi primū cernis D. Hieronymum aeternitatem Dei Deum ipsum interpretari, qui appelletur aeternitas, quemadmodū modò Reges appellamus maiestatem: ac si Propheta diceret, *Ab itineribus sue maiestati.* Cernis etiam, quod erat nostrum institutum, postquam aeternitas Dei, id est, Deus ipse ad nos per incarnationē venit, (hæc enim eō loco dicūtoreius itinera,) tūc maximè mōtes, & colles, id est, huius mundi Principes ei incurvatos quali subditos paruisse,

*Christus in
cruce solo af-
petitu inimi-
cos terruit.*

quod per Apostolum prædicationem completum esse quis dubitet? Quid ve- rō mitum videri debet, si Angelo illo, id est, Christo per resurrectionem resur- gente tam feliciter cessit fidei prædicatione: cum idem Christus in cruce solo aspe- ctu inimicos terroruerit? Illud enim etiam de leone memoria proditum est eum solo aspectu ceteras animates perterrere, & quodammodo obstupefacere, quod mītificē in Christum crucifixum conuexit: ibi enim in star leonis solo aspectu mundum, non dico terrore, sed (quod est mirabilius) amore, obstupefecit, quem admodum disertis verbis dixit Abac. cap. 3, cum de Christo in cruce ageret, *Ape-
xist, & dissoluit gentes.* Atque hanc etiam ob causam præter alias videtur Iacob Pa- triarcha, Genes. 49. 9. Christum in Cruce leoni sub typō Iude filii comparasse, cum dixit: *Ad predam fili misericordia, requiescentis accusabunt ut leo.* Hæc enim præda corda humana fuerunt, quæ Christus ex Cruce ad sui amorem perraxit.

*Ante aduen-
tum Christi
fidei mysteria
obscura, post
enucleatè ni-
mis prædica-
ta sunt.*

Exod. 4.

Terciò. Rupert. expendens verbum illud, *Locuta sunt, obseruauit post Angeli ru-* gitum locuta fuisse 7. tonitrua, quia mysteria fidei ante aduentum Christi Prophe- tæ quidem sonabant: sed ita obscure, vt articulatè loqui minimè viderentur. Itaq; tonitrua quidem erant: sed tantum tonabant, non loquebantur: post aduentum autem Christi Apostoli eadem fidei mysteria ita enucleatè, & explicatè prædicabant, vt meritè dixeris hæc alterius rationis, & prodigiosa esse tonitrua, quæ nimi- rūm non tantum in articulatos sonos edere, sed articulatè etiam, & humano mo- re loqui possint. In cuius rei figuram Deus eum in lege veteri sc̄e sub nebulis, & nubibus ostenderet, Moysēmq; ipsum legis veteris typum balbutientē reddidis- set Exodi. 4. tamen in lege noua sub linguarum figura super Apostolos insedit: vt nimirūm, quæ obscurè in lege veteri mysteria ostensa fuerant, Moysēque balbu- tiendo indicauerat, eadem ipsi linguarū instar clatè, & articulatè loquerentur. Et quidem vt de aliis taccam mysteriis, certè in mysterio Trinit. tonitruum se fuisse, confusos, & inarticulatos edens sonos consitetur Hier. cum ait c. 1. *A, a, a, Domine Deus, nescio loqui, quia puer ego sum.* Ter enim dixit *A.*, quæ balbutientis, & infantis adhuc pueri vox est proprietas personas Diuinās: vt indicaret se comparacione eius mysterij infantem esse, & nescientem adhuc articulatè loqui: è contrario ve- rō num tibi videntur Apostoli tonitrua fuisse humanas voces promentis, loquen- tiāque articulatè, cum Trinitatis mysterium ita explicatè proponebant, utres personas Diuinās suis nominib; Patrū, Filiū, & Spiritu sancti appellarent?

*Ansbert.
Sacram
scripturarum
l. in concio-
natoribus co-
mendatur.*

*1. Tim. 4. 13.
D. Chrysost.
D. Greg.
Beda.*

Quarto. Dicuntur tonitrua locuta voces non alienas, sed sūas, hoc est, vt ob- seruauit Ambr. Ansbert. non Iudæorum fabulas, non Philosophorum nenia, nō Hæreticorum versutias, quæ voces alienæ sunt à concionatore Euangelico, cuius videlicet propria vox est faciatum Scripturarum, illaqueatq; in suis propriis, ac germanis vocibus loqui debet: quam ob causam sacra Scriptura lectionem comendabat Apostolus Timótheo, cum dicebat: *Dum venio ostende lectioni, exhorta-
tioni, & doctrina.* 1. Tim. 4. Quem locum de lectione Scripturarum intellexit D. Chrysost. & est communis expositio. Atque ad hoc ipsum significandum D. Gregor. 2. part. cura Pastoralis cap. vlt. & Beda in sua expositione super Exod. do- cent præceptum fuisse Moyſi, vt vētēs illi, quibus arca fœderis portabatur, sem- per

per in circulis arcæ aureis positi essent: sic enim legimus Exod. 25. Facies quatuor Exod. 15. 21. circulos aureos, quæ spones per quatuor arce angulos, faciesque vestes de lignis setim, & operies auro, induc que per circulos, qui sunt in arcæ lateribus, ut portetur in eis, qui semper erunt in circuito. D. Gregor. circulus, nec unquam ab eis extrahentur. Etenim iuxta Greg. & Bedæ sententiam per Aram Ecclesia accipitur: Cui, inquit, Greg. quatuor circuli aurei, id est, quatuor Euangelia per quatuor angulos subentur adiungi, id est, in quatuor mundi partibus prædicari: vobis de lignis setim fortissim, perseverantque Doctores: idcirco enim lignis setim impetrabilibus comparantur, qui in constructione sacrorum voluminum semper inherentes Ecclesiæ unitatem denunciant, & quasi intromisis circulis arcem portant: vobis namque arcem portare, est per bonos. Doctores Ecclesiæ ad rudes infidelium mentes prædicando deducere: qui auro subentur operari, ut dum sermone alii insentiant, ipsi etiam vita & splendore resplendent: de quibus recte subiungit: Qui semper erunt in circuito, nec unquam ab eis extrahentur: quia nimurum necessitate, ut qui ad officium prædicationis excubant, à sacra lectionis studio non recedant: ad hinc namque vobis esse in circuito semper iubentur, ut cum portari arcem opportunitas exigit, de intromissione vobibus, portandi tardius nulla generecur: sed circulis vobis inhereant, ut Doctores semper in suis cordibus, scilicet quia secræ mediant testamētū arcem sine mora elevent, & quicquid necesse est, protinus doceant. Haec tenuis Greg. Eodem spectat illud, quod ad sponsam dicitur Cant. 4. 5. 4. 10. uis distillans labiatu sponsa: nsel, & lac sublingua tua. Quem locum Theodor. in suis comm. super Cantica de concionatoribus intelligit, qui debent conciones suas ex factis p̄tissimum literis concinnare: Ecclesiæ, inquit, Doctores significat, qui quasi fauoris apum in labris gerunt, & mellis diffundunt filii: nec verò mel tantum habentes, sed etiam lac cuique cibum promunt salutarem, & cum infantibus commodum, cum perfectis etiam congruentem. Fani verò mellis, qui in Doctorum gestantur labris, sunt diuina Scriptura, qua continent apes, cum cere, cum mellis effectrices, sacros nimurum Prophetas, & Apostolas, qui per spiritus sancti prata volitantibus, & diuinariis scripturarum confrumenta cellas, easque doctrinæ melle, ac neclare distendentes, tristitatem ad nostram miserunt. Ac cera quidem litera videtur similis: melli verò sensus, qui in ea est reconditus: huius mellis filii pierum è Doctorum labris manant. Haec ille.

Denique iubetur Ioannes 7. tonitruorum voces signare, prohibeturque mandare literis, cum ne fideles tantorum malorum, quæ tonitrua suis vocibus extremo tempore euentura minabantur, cōmemoratione animo conciderent, ut initio huius cōmentarij diximus: ut etiā, vt pleriq; hoc loco obseruarunt, quia non omnia diuina mysteria vulganda sunt omnibus, iuxta illud Matt. 7. Nolite sanctum dare canibus: neque margaritas vestras proiecitis ante porticos, ne concilcentes pedibus: Quā ob causam Clem. Alex. lib. 5. Strom. refert Ægyptios solitos in valuis templorum sphinges, quæ animalia symbolum sunt obscuratis, & enigmatis, collo careciliud significantes diuina non passim, neque omnibus vulganda, sed occulta debere esse, vt maiestatem præseferentia in maiori pretio habeantur. Verum de hoc alijs.

VI.

Cur Angelus gestans capite iridem tanto apparatu iurauerit tempus amplius non futurum.

Leuit manū suam ad cœlum, & iurauit per viuentem in secula seculorum, qui erauit cœlum, & terram, & mare: Quia tempus non erit amplius.

S. E. C T I O. VI.

Non est leuiter prætereundum, quod Angelus ille habens pedem dextrum super mæc, sinistrum super terram tanto apparatu enunciauerit tempus amplius non futurum. Etenim ut Ioannes scribit, amictus erat nube,

Non omnia
diuina my-
steria vul-
ganda sunt.
Matt. 7. 6.
Clem. Alex.

& gestabat capite pulcherrimam idem: tunc verò levauit manum suam ad cœlum, & iurauit per viuentem in secula seculorum, quia tempus non erit amplius: quæ omnia ostendunt magdam quaudam rem, ac terrificam enunciare, ut ex iis, quæ mox dicemus, palam fieri.

Igitur obseruandum primo rem pretiosissimam esse tempus: vnde ei & efficiendo, & partiendo fabricauit Deus clarissima solis, lunæ, & stellarum lumina. Gen. 1. Fiant luminaria in firmamento celi, & dividant diem, ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Fecitque Deus duoluminaria magna: lumina maiora, ut praesertim dies, & lumina minus, ut praesertim nocti, & stellæ. Maximum vero temporis pretium ex eo potissimum aestimatur, quod vel uno eius instanti infinita gloria æternitas emittit: etenim uno tantum instanti potest quis æternitatem gloriæ prometeri.

Eccles. 4. 21. Quam ob causam monemur omnes, temporis tanquam rei pretiosissimæ rationem habere plurimam, nec illud temere disperdere. Eccles. 4. Fili, conserva tempus, & declina a malo: & 14. Non defrauderis a die bono, & particula boni doni non te prætereat.

Visque adeò autem Regius vates vel minimam temporis partculam perdere reverebatur, vt celeritate operandi cum sole ipso contuleret, imo cum præuenire, & antonterere certaret, ne periculum videlicet incurreret, vel unius instantis deperdendi: sic ait Psal. 118. Præueniri oculi mei ad redilucere, & meditarer eloqua sua: quæsi

D. Ambros. diceret, inquit Ambrosius serm. 19. in eum Psalmum, Præueni orientem solem, grauenum est, si tecum in stratis radiis solis orientis inueniat. An nescis quod primi tri cordis, ac vocis quotidie Deo debes? quotidiana tibi meis, quotidianus est fructus vnde sponja Cant. 3. In

Cant. 3. 1. cubiculo, inquit, meo in noctibus quiesci, quem diligit anima mea: ideo meruit innuenire, quia etiam in cubiculo, & in noctibus quiesci. Hæc ille. Idem confitetur Psal. 76. Anticipaverunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus: id est, vt interpretatur D. Hieron.

Psal. 76. 5. D. Hieron. Antequam aliquis vigilaret, ego vigilabam. Quidam ex Hebraeo ita transtulerunt: Tenuisti ostendit, id est, palpebras oculorum meorum, nesciliter dormire posse. Alij sic: Prohibebam suspectum oculorum meorum: stupebam, & non loquebar, hoc est, Considerans peccata oculos ad cælum erigere non audebam: & idcirco quasi stupefactus ta-

D. August. cebam præ confusione turpitudinis meæ. Nec video, vnde D. August. legere potuerit, Anticipauerunt vigilias omnes inimiici mei: quod ipse de vigilantia dæmonum nos tentantium intelligit, quasi diceret: Plus illi vigilauerunt ad decipiendum me, quam ego ad custodiendum. Nec verò tempus duntaxat orientis solis ante uerte-

re Regius Propheta conabatur, sed ipsam etiam atatem, ne videlicet tempus aliquod atatis vel minimum otiosè transigeret, quemadmodum ipse ait, Psal. 118.

Psal. 118. 147. Præueni in immaturitatē, sic enim in legendū est iuxta 70. cum Græcē sit εἰ καὶ ηὔτη, id est, Ante horam, seu ante tempus: quemadmodum accipit D. Ambr. serm. 19. in cum

D. Ambr. Psalm. Ante horam, inquit, & ante tempus præueniebat David, quinem Dominum deprecatur, non prescripta præcipue tempora præstolatur, recteque ait: Præueni in immaturitate: præcurrit enim atatis maturitatē: quisquis in adolescentia positus senilem grauitatem induit, & iuvenilis annos veterana conscientia regit. Sed fortasse dicas: Quomodo scriptum est

Eccles. 3. Tempus omni rei sub calo est: si tempus emni rei sub calo, quanto magis sub Deo, non Gal. 6. 9. super Deum! Hæc ille.

Vita tempus Secundo. Est aduertendū hoc tam pretiosum tempus modo in nostra esse potestate, datū videlicet nobis à Deo ad bene operādū. Vnde Psal. Gal. 6. Bonū, inquit,

Deus unicuique dat ad facientes non deficit: tempore enim suo metemus non deficit: Ergo dum tempus habemus, tam prome: operemur bonum: Quibus postremis verbis docet tempus modo nostrum esse: quod vnde sim. beneficium Dei, quia summū est, appellat huius vita tempus, tempus misericordia, Psal. 101. 14. dia, vcluti Ps. 101. Tu exurgens miseraberis si: quia tempus misericordiæ tuus. Est etiam illa

ratio,

ratio, quia modo Dei misericordiam prōmereri possumus: quo etiam sensu dixit
 Psal. 100. Misericordiam, & iudicium cantabο tibi Dοmine: in quē locū D. Aug. Non sine Psal. 100. 1.
 causa, inquit, dictum est, Misericordiam, & iudicium, non autem iudicium, & misericordiam:
 quia modo tempus est misericordia: futurum autem tempus iudicij. Idem significauit Paulus
 illis verbis 2. Cor. 6. Ecce nunc dies salutis. Itaque modo
 Deus tradidit nobis liberaliter tempus, vt in eo salutem nostram operemur: quā 2. Cor. 6. 2.
 ob causam huius vitæ tempus multis nominibus censetur. Dicitur enim tempus
 visitationis, quia Deus modo nos per misericordiam, & beneficia visitat. Luc.
 19. Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Dicitur tempus nundinarum, Eze.
 7. Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit, non latet, & qui vendit, non lugat. Ex qui-
 bus verbis plerique colligunt modo tempus esse emendi, & vendendi, atque adeo
 nundinarum ea potissimum de causa: quoniam quemadmodū in nundinis viliori
 solent pretio merces comparari, ita modo exiguo pretio infinita propemodum
 merces caelstium bonorum acquiruntur, iuxta illud 2. Cor. 4. Id quod in presenti est
 momentaneum, & leue tribulationis nostra, supra modum in sublimitate aeternum gloria pondus
 operatur in nobis. Vbi obiter aduertere felicitatem gloria appellari ab Apost. pondus,
 quia sua magnitudine eleuat, & tollit omnes vitæ huius labores, ac difficultates,
 quippe qua eius comparatione levissimæ sunt, & nullius ponderis: quemadmodum
 disertis verbis docuit Paul. ad Rom. 8. Non sunt condigne passiones huius temporis ad fu-
 turā gloriæ, que reuelabitur in nobis. Eadem nundinariū similitudo usurpata est à Chri-
 sto, Luc 19. Negotiāmini, dum venio: quālī dicat: Modo est negotiandi tempus post-
 quā autem venero, tempus non negotiandi, sed rationē de negotiatione reddendi. Lue. 19. 13.
 Dicitur tempus vacationū, vacandi nimirum Dico, & bonoruū operū studio, iuxta il-
 lud Ps. 45. Vacate, & videte, quoniam suavis est Dominus. Dicitur tempus laborādi Ioan. 9. Psal. 45. tr.
 Me oportet operari, donec dies est, venit nox, quando nemo potest operari. Id quod copiosè di- Ioan. 9. 4.
 xit Regius vates, Ps. 10. Propheta: tenbras, & fala est nox: in ipsa pertransibunt omnes be- Psal. 103. 10.
 stia gloria. Catuli eorum rugientes, ut rapiant, & querant Deo escam sibi. Ortu se sol, & con-
 gregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur. Exhibit homo ad opus suū, & ad operationē suā
 usque ad vesperā. Quem locum expendens D. Hier. super cap. 6. epist. ad Gal. super D. Hieron.
 illa verba, Bonū facientes non deficiamus, Ortus est, inquit, nobis Dei sermo, sol versus, & con- Gal. 6. 9.
 gregatis sunt bestiae recedentes in cubilia sua, procedamus nos ut hirunes ad opus nostrum, &
 usque ad vesperā laboremus: quo ex loco iuxta D. Hier. facilē colligis eos homines,
 qui dā vita huius dies durat, ad bene operandū non procedūt, sed veluti de nocte
 ē latibus exēunt ad opera tenebrarum exercenda, non homines, sed bellus esse
 iudicando, solumq; eos homines censendos, qui ad bene operandū egrediuntur.
 Dicitur tempus sementis faciēdū, vt probat D. Hier. ex illis verbis Apost. Gal. 6. Gal. 6. 9.
 Tempore enim sūs metemus non deficientes. Tempus, inquit, sementis & praesens vita, quam D. Hieronymus
 currimus, in hac licet nobis, quod volumus, seminare. Dicitur tempus astatis, & messis
 colligendæ: quam ob causam Prou. 6. piger ad formicam tanquā ad magistrām à Prou. 6. 6.
 Sapiente mittitur: Vade, inquit, ad formicam, o piger, & considera vias eius, & disce sa- III.
 pientiam: quæcum non habeat Duce, nec preceptorem, nec principem, parat in aliā cibum
 sibi, & congregat in messe, quod comedat. In quem locum D. Hier. docet hanc vitam D. Hieron.
 comparari messi, & astati, quod nunc inter ardore tentationum tempus sit col-
 ligendi non ipsa persona, sed merita priorum: diem vero iudicij hyemis affi- lu formica
 milati rigoribus, quia tunc nulla relinquitur facultas pro victu laborandi, sed tan- aduersus om-
 tum cogitur vñquisque, quod recosidit, de pristinæ actionis horreo proferre. etrisam.
 Porro aduertit Hugo Carenensis mitti Salomone pigrum ad formicam, quod nra vita ha-
 in ea aduersus omnia vitia habeamus doctrinam. Quia enim sollicita est, docet
 bermus doctrinam.

1. Thes. 3. 10. otium subterfugere. **2. Thess. 3. 5.** si qui non vult operari, nec manducet. Quia prouida, monet in futurum tempus pio spicere, ac prouidere. **Galat. 6. 10. 2.** speremur bonum. Quia iuvat laborantes socias, instruit ad charitatis opera. **Galat. 6. 6.** Alter alterius onera portare. Quia granum arrodit, ne germinet, suadet vita e clationem de bono opere, omne opus bonum, quod facimus, per humilitatem de primendo, ne inanis gloria, superbiaque suboriatur. Quod aliquia ex parte innuitur **Hier. 4. 4.**

Lue. 13. 24. Hier. 4. Circuncidimini Domino, & auferre preputia cordium vestrorum: quia arcus calle incedit, ad mortificationem, & penitentiam incitat. **Luc. 13. 13.** Contendit in tristitia re per angustam portam. Denique quia terram egerit de caernis, ad contemptio-

D. Ambros. nem rerum terrenarum exhortatur. **D. Ambro. lib. 6.** in Hexameron cap. 21. & D.

D. Chrysost. Chrysostomus homil. 17. Super caput quintum Matthaei, & homilia in Psalm. 48.

icitant quandam aliam ex sacris literis sententiam iuxta aliquam, ut videtur, vetu-

stam translationem: *Vnde ad apem, & disce, quae deas sit opifex: cuius labores reges, & pri-*

missi ad sancti atem afferunt: quibus etiam verbis nobis commendatur labor, & in-

dustria bene operandi. Illud etiam significatur nobis in hac vita quasi apibus con-

ficiendum, hoc est, promerendum esse mel suauissimum gloria, quo postea vesca-

muri, ut possimus tunc illud Cant. 5. usurpare: Comedi fauum cum melle meo. In cuius

Cant. 5. 5. rei figuram Samson Iudic. 14. fauum mellis non nisi in ore leonis, quem interfe-

Iudic. 14. cerat, reperit. Etenim in laboribus, ac tentationibus superatis quasi in leonibus

interfectis suauissimi meritorum faui reperiuntur.

Tertius est obseruandum tempus, quod nobis modò conceditur, aliquando à

Deo auferendum, ut manifestè dicitur Psalm. 74. *Cum accepero tempus, ego iustitia in-*

dicabo: quasi si dicaret: Ego cum tempus, quod modo omnibus liberaliter concedo

itterum luxopero, non solum virtutia, sed ipsas etiam virtutes iudicabo. Quo eodem

sensu dicitur Mal. 3. Colabir filios Levi, id est, Districte examinabit iustos, qui per fi-

los Leui accipiuntur. Terribile quidem verbū, & quod maximum debeat mortali-

*bus timorem inutere: quemadmodum desipio confitetur Iob. c. 9. *Veritar**

omnia opera mea sciens, quod non parceres delinquenti. Eadem iudicij diuini feneritas

explicatur Soph. 1. ut interpretatur D. Hier. In tempore illo seruatus Hierusalem in

lucernis: quæ loquendi forma duo significat, primum exactissimam occuloru

m etiam criminum inquisitionem, nam qui dominos rei alieuius inuestiganda gratia

scrutantur, accessam lucernam adhibent, quam ad omnia loca, & omnes angu-

los perferunt, quo lumen solis penetrare non potest. Deinde reddendam rationē

esse rerum etiam minimarum, & quæ oculorum aciem videtur subterfugere, cu-

iusmodi sunt non verba tantum otiosa, sed otiosa etiam cogitationes: huiusmodi

enim, hoc est, minutissima, & subtilissima esse solent, quæ in domibus accensalu-

cernia inuestigantur. Denique eandem seueritatem expressit Regius ystes Plat.

Psal. 93. 24. Quoniam non repellet Dominus plebem suam, & hereditatem suam non derelinquet, quo-

usque iustitia convertatur in iudicium. Theodor. hanc iustitiam ipsumm̄ Christum

Theodore. interpretatur, iuxta illud Paul. 1. Corint. 1. Ex ipso autem vos ipsis in Christo Iesu, qui

factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Hæc enim Dei

iustitia in primo quidem aduentu conuerta fuit in misericordiam, sed in secundo

convertenda est in iudicium. Verum cōmuniter interpretes accipiunt de ipsa divi-

nai iustitia, quam Dominus in iudicio exercet, hoc sensu. Futurum est, ut iustitia

Dei, quæ modò dissimulat, & differt in dignitatem, convertatur in ultionis iudicium,

& ad executionē procedat, ut indicetur modo iustitiae diuinam ferre quidem sch-

tentiā secundum præsentem iustitiam: sed ad executionē interpellante misericordia nō semper progreedi, illo autē extremo die ad executionē processuram.

Ex dictis

Ex dictis facile iam quiuis intelliget, quām terribilis, ac metuenda res sit mortalia tempus eis p̄cōnitentia, ac diuinæ misericordiæ p̄cōdi, atque adeo quām res mortalitatem iure hic Angelus eo c̄eremoniarum apparatu, & maiestate qualis rem aliquam bus eu p̄cōtificam nūc iauerit tempus p̄cōnitentia, Diuinæ que misericordiæ promerēdē tentia tem- amplius non futurum, si mō tempus ipsum tanquam locupletissimum testem ro- sum omnium sive malè, sive bene gestarum à Deo ad iudicium accessendū: quād admodum disertis verbis dicitur Thren. 1. vocat aduersus me tem̄us. Quem locum de iudicio interpretatur. D. Th. Hunc iudicij terrorum, & ablationem temporis adhuc magis exaggerauit Angelus, cum manū in cælum leuavit: quod præter quām quād iurantis est ritus, comminationem, etiam continetur am. nisi homines nūc p̄cōnīteant: sic etiam accipieadū est illud Deut. 31. 15. Leuabo ad cælum manū meā: & dīcā: vīno ego in eternū, si acerbo ut fulgur gladiū mēū; & urripere ī dñe mānū, reddā vītionē h̄stib⁹ meis, & iū, qui oderunt mē, retribuā. Quo loco obserua in eo, quād Deus commisatyr manū sive in cælum usque leuaturum, grauiſſimum notari suppliciū: quo enim altius alii quis manū attollit, eo grauiorem īctū infert: quo fit, vt Deus eleuans manū suam usq; in cælū, arrepto videlicet gladio iræ sue acutissimo, ut ibidem dicitur, maximū debeat peccatoribus vītionis īctū inferre. Alia quoque redi p̄cōst tot, tantatūq; c̄eremoniarū ratio: quoniam par etat, vt temporis tanquam magni cuiusdam Principis interitus magnifico apparatu denunciaretur: quās Princeps namq; tēpus describitur, cū rebus omnibus dominati dicitur Eccl.: Omnia tēpus habent, & sūn sp̄atia transītū: uniuersa sub cælo: tēpus nascendi, Eccles. 3. 1. tēpus moriendi, &c. Quod verò idē Angelus eo ipso tempore, quo irrat tēpus amplius nō furū, simū gestat capite pulcherrimā ītide pacis, & fœderis symbolū, illud indicat misericordem Deū modō etiam, cū ministratur, pacē omnibus, & amicitiam offerre. Quām eandē ob causam diximus r. ca. appārūisse p̄fērentem in manu dextra septē stellas, quasi eas offerret, ac porrigeret mortalibus, simulq; rōphæā vīraq; parte acutam non vibrantē manu, sed p̄fērentem ore: quia cū modō suppliciūtū comminationibus agat, meritò gladium ore gestare describitur, quem tamē aliquādo de ore ad manū trāferet, eōq; vibrato rebelles obtrūcabit.

Supereftigitur, ut illud Apostoli consilium accipiāmus Ephes. 5. Videte itaque VII. frātres, quomodo cōante ambuletis, non quās insipientes, sed ut sapientes, redimēntes tempus quo- Epes. 5. 16. niā dies maliſunt. Quo loco quāquam verbum Græcum ῥεῖπος pro quo nos Temporū rā- habemus tempus, proprie occasionem, & opportunitatem operandi signifīcat, ta- itura sollicitā men ab Apostolo non semel pro ipso tempore usurpatur, veluti Rom. 3. Ad oſten- Rom. 3. 26. ſionem iustitiae eius in hoc tempore, & cap. 8. Ex iſipimo, quod non sunt condigne paſſiones huīus ē. 8. 18. temporis ad futurā gloriam, que reuelabitur in nobis: & 2. Timoth. 3. Erit enim tempus, 2. Timot. 3. 3. cū sanam doctrinam non sustinebunt: multisque in aliis locis, in quibus ῥεῖπος pro Tempus re- tempore usurpantur. Obſeruandum est autem verbum illud Redimēntes, quod variè exponitū. Prima expositio est tempus, cū à Deo datum sit, ut hominibus dimere quid sit. in bonis operibus seruat, quasi captiuum teneri, quando in malis operibus insu- mitur, atque adeo rusſus per bona opera redimēndum, & ex captiuitate in liber- D. Hieron. tam quodammodo vendicandum: quā expōitio est D. Hieron. Quando, inquit, in bona operibus tempus consumim⁹, emimus illud, & proprium facimus, quod malitia ho- minum venditum fuerat. Secunda expōitio est huiusmodi. Sēpē Deus peccatori- bust tempus, quod secundum naturā cūsum vivere debērent, propter peccata di- minuit, iuxta illud Psalm. 54. Vīti sanguinum, & dolos non dimidiabunt dies suos. Psal. 54. 24. Quām ob causam illis centum viginti annis, quos usque ad diluvium Deus ho- minibus p̄ſcripterat Genes. 6. viginti annos detraxit, ut perspicuum est ex lācris Genes. 6.

literis, & alias fusius diximus. Cum igitur Deus soleat tempus vita propter peccata diminuere, is qui benè agit, rectè dicitur, illud redimere: quoniam illud vitæ spatiū, quod alioqui, si peccaret, erat sibi Dei iudicio detrahendum, quodammodo bonis operibus redimit, implētque dies omnes sibi ad viuendum à natura definitos: itaque moritur plenus dierum, quemadmodum dicitur de Abraham, Gen. 25.
D. Augus. Tertia est D. Aug. ser. 24. de verb. Apost. cum dici tempus redimere, qui illud aufert negotiis secularibus, ut quiete sua fruatur, ac Deo vacare possit. *Quando*, inquit, aliquis tibi infert litigium, perde aliquid, ut Deo vaces, nō luitum: id enim, quod perdis, pretius est tempus: sicut enim das numeros, & panem emis, itaque aliquid amittis, & aliquid acquiris: sic perde numeros, ut emas tibi quietem, sed tempus vacandi Deo, hoc enim est tempus redimere.

Cur Ioannes librum, quem de manu Angeli acceperat, in ore dulcem, & in ventre sensit amarum.

Et erat in ore meo tanquam mel dulce, & cum deuorasse eum, amaricatus est venter meus.

S E C T I O . VII.

I. **L**ibrum hunc diximus complecti vaticinia rerum futurarum extremis mundi temporibus: quem in ore quidem dulcem, in ventre autem amarum sensit Ioannes: quia primum fuit ipsa rerum prænuntiatio recreatus, sed paulo post amplius in earum contemplatione versatus, cernensque terribilia illa iudicia, quæ adhuc manent mortales, incredibilem animo concepit dolorem. Simile quiddam accedit Ezechiel, ut ipse met commemoarat cap. 3. *Aperuit os meum, & cibauit me volumen illo, & dixit ad me: Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumen isto: & comedis illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce: procul dubio innuit Propheta non ita idem volumen in ventre sensisse, sed amarum.*

II. **S**anctorum est alienum manu tanquam suis affici. **Ezech. 3. 2.** **Ezech. 4. 3.** **D. Hieron.** Primum igitur notandum sensisse Ioannem librum in ventre amarum ob eam rationem, quam diximus, quia Sanctorum proprium est alieni malis tanquam suis affici, compassionemque habere proximorum. Vnde Ezechiel, postquam ipsi offensa fuisset Hierosolym. euerio, præceptum est, ut fumeret sartaginem ferream, cāmique inter se, & ciuitatem, quam descriptam habebat in latere, collaret. Ezech. 4. *sume tibi sartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te, & inter ciuitatem.* Et quidem D. Hieron. vult sartaginem istam ferream, quæ instar muri inter Prophetam, & virbem ponitur, grandem iram Dei demonstrare, quæ nullis precibus fatigetur, flectaturq; ad misericordiam. Itaque in Dei ira Iudei per calamitates ab eo sibi diuinitus immischas quasi in sartagine frigebatur, quæ ideo inter Prophetam, & virbem ponitur, ne ab virbe ad ipsum Deum, quem Propheta representabat, vallis pateret aditus ad veniam impetrandā, imo si ab virbe ad Deum ire vellent, in ipsum ira sartaginem incidarent, iuxta illud Thren. 3. *Nos iniqui egimus, & ad iracundiam provocavimus: idcirco inexorabilis es: oppessisti nubem, ne transeat oratio: cui concinit illud Esai. 59. Iniquitates vestre divisierunt inter vos, & Neum vestrum.*

Thren. 3. 41. **Esai. 59.** **D. Ambros.** Diuus etiam Ambros. sic eandem sartaginem accipit in expositione Psalm. 38. super illa verba: *Tabescere fecisti sicut aranea animam eius. Mittuntur, inquit, in sartagine peccatorum, ut definias quadam peccati caro, que obnoxia erat anima, & mentis vi-*

Psal. 38. 12. *Herem. 12. gorem. Quam eandem ob causam Hierem. c. i. ut ibidem obseruavit Ambr. prius vidit virginem vigilantem, scilicet ut habeat Septuag. baculum nuceum, quæ amferuerentem olla: Sepuag. Quia, inquit, quis baculo non corrigitur, in ollam mittitur, ut ardeat, & tabescat. Verum D. Gregor. lib. i. in Ezech. homil. 12. existimat significari perfartaginem animum Prophe-*

Prophetæ, qui cōspecta vrbis euerſione per compassionem quāli in ſartagine fti-
geretur, eiusque rei à Deo admonet, cūm iubetur interie, & vrbem ſartaginem
ponere. In cuius rei cōfirmationem affert illud Pauli 2. ad Corinth. 11. *Quis infirma-*
tur, & ego non infirmor? qui scandalizat, & ego non ueror: ipsum ſuum cor, inquit, Greg.
quod animarum zelo ſuccederat, ſartaginem fecerat Paulus, in quo amore virtutum contra
uitia ardebat, quod extenderet poſsumus ad ipsam etiam compassionem proximorum labores, &
calamitatem tolerantū. Quantū uero is zelus, quo Sanctorum mentes friguntur, Deo
ſit gratus, ostendit potest ex ſexto cap. Lexitici, vbi ſimila in ſartagine oleo cōſper-
fa frigi p̄cipitur, & offerri calida in odorem ſuauiſſimum Domino: ſimila enim
in ſartagine friguntur, vt loco citato idem Gregorius docet, cūm mensi uſti per ze-
lū ſancti amoris crematur: quāc conspergi oleo p̄cipitur, id est, charitati, & mi-
ſericordie miſceri, quāc in cōſpectu Dei ardēt, & luget. Igitur non ſolum propter
peccata, quāc ab impijs committuntur, debet Sanctoru[m] mens per compassionem
frigi, ſed etiam propter calamitatem, & incomoda proximoru[m], potiſſimum uero
ea, quāc vniuersit[er] Ecclesiæ accidunt, vt hoc loco exemplo Ioannis instruimur.

Secundū. Obſeruabit D. Thom. in hunc eundem locū Ioannem ſenſiſſe librum
dulcem in ore, amarum in yentre, quia verbum Dei rationi quidē dulce eſt, & ſua-
ue, ſed amarum ſenſualitat[i], & carni. Quod enim verbum Dei dulce ſit rationis, in-
de probatur, quod in ſacris literis in ore, per quod pars rationalis intelligitur, di-
citur dulceſſere, veluti Psal. 108. *Quam duleſta fauicibus meis eloquia tua ſuper mel ori* Psal. 118. 10;
meo! In quem locum D. Hieron. expedit non ſine mysterio dictum eſſe, *Fauicibus*,
quia nimicu[m] traiecit per guttur melle, vel alio cibo palatum nullum ultra ſapo-
rem habet: at uero diuina eloquia ſiu[n]e in ore, ſiu[n]e in fauicibus ſemper ſunt dulcia
meditantibus. Notauit quoque Remig. non ſolum dictum eſſe *Fauicibus*, ſed etiam *Remig.*
Ori: quia diuina verba prædicatores tunc ſentient in fauicibus dulcia, cum ex iplis
ædificationi propriæ ſtudēt, tunc uero in ore, cum eorum dulcedinem illis etiam
eructant, & cōmunicant. Denique D. Amb. explicauit adhiberti mellis ſimilitudi-
nem. *Quia ſicut*, inquit, *ori amara, quæ febribus, vel alijs agritidinibus acciderant, mel mi-* D. Ambros.
tigat, ita triftita corda ob delictorum penitentiam dinino ſermone dulceſſunt. Quod uero
ſenſualitat[i], & carni verbum Dei videatur acerbum, inde proficiſſit, quod car-
nis petulantia coercent, deprauateque naturæ licentiam comprimat: quia quidē
in re diuinam verbum eſt pilulae cuidam inaurata quām ſimillimū, quāc dulciariis
inuoluta in ore quidē dulceſſit: ſed poſtē ventrem, vniuerſum que corpus com-
muueret: nec ſine moleſtia, & nauſea prauos humores pellit, & ſanitatem affert. At-
que ad hoc ipſum ſignificandum vir ille, qui Ezech. c. 1. apparuit, cum in ſuperiori
parte eſſet ex electro: in inferiori tamē totus erat igneus: quia Deus ſuperiori qui-
dem mentis noſtræ parti totus eſt dulcis, in ſtar electri amor e[st] noſtrū blandè conci-
lians: in inferiori autē igneus, hoc eſt, omnē inferioris parti corruptionem ſeuere
non ſineſu doloriſſadurens. Orig. ho. 1. in Ezech. aliam affert non multū diſſi-
milem eiudem viſionis expofitionem: *Auria*, inquit, *quatuor animalium non totus* Ezech.
est igneus, ſed p[ro]p[ter]e tenuis a pedibus, & exinde u[er]e ad ſumnum electri fulgore rutilat: non ſo- Origen.
lumen in tormenta habet Deus: ſed ſunt in eo etiam refrigeria: puni peccatores, ſed per ea mi-
nifteria, que deorsum ſunt: tunc uero addidit idecirco u[er]e ad tenes hominē illū ap-
paruisse igneū, quia libidinis motus ſunt omnino adurēdi, & reſecandi. Porro ad-
uerte, licet diuina iudicia, ac ſupplicia initio quidē amara videantur: tamen ſi pa-
tienter ferantur, poſtē ſuauia, dulciāq[ue] ſentiri: id quod expedit D. Hier. loco illo
citat[us] Hier. 1. cū Prophetæ vidit *virgam vigilantem*, ſeu, vt Septuag. tranſulerunt, *Theodoſio*,
baculum nucem, & vt Theod. vertit, *virgam amygdalinam*. *Vigilat*, inquit, *virga cuncta* Hieron.

*Cor. 4. 21. populi peccata considerans, ut percutiat, & corripiat delinquentes, unde & Apostolus scribit
Psal. 22. 4. peccantibus. Cor. 4. Quid vulnus in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu man-
suetudinis? ista est virga, vel baculus, de quo loquitur David Psalm. 22. Virga tua, & bacu-
lus tuus, ipsa me consolata sunt: pulchreque possit, Consolata sunt: ad hoc enim Dominus
corripit, ut emendet. Et quomodo nux, sine amygdalum amarissimam habet corticem, &
testa durissima cingitur, ut detractio anterioribus, & duris, fructus aulocissimus reperiatur:
sic omnis correptio, & labor continetia amara quidem videtur ad presentem, sed fructus paris
dulcissimos. Hac Hieronymus.*

Vtrum Ioannes Euangelista venturus sit simul cum Enoch,
& Helia temporibus Antichristi?

Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis.

SECTIO VIII.

Multorum torquentigenia sententia illa ab Angelo dicta Ioanni hoc ipso ca-
pit: Oportet te iterum propheteare Gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis.
Affirmatio opinio probatur. Ea illa præterea Domini celeberrima vox: sic cum volo manere, donec veniam.
Ioan. 1. 22. Etenim propter hæc duo potissimum testimonia plerique in eam iue-
sententiam Ioannem nostrum simul cum Enoch, & Helia extremis mundi tem-
poribus venturum, & fidem Christiaduersus Antichristum, cuiusque sedatores
propugnaturum, & quod est consequens, viuum adhuc ad ea usque tempora di-
uina virtute referuari. Quam sententiam amplexis sunt Hippolytus Mart. orat de
Hippolytus. consummatione seculi. Prior, inquit, ipsius adventus precursor habuit Ioannem Ba-
ptistam, Posterior vero, qua venturus est in gloria, Enoch, & Eliam, & Iannem Theologum
Catharinus. exhibebit. Catharin. opusc. de hac re, & in comment. super 1. cap. Gen. Doroth. Epis-
copus Tiri, Simeon Metaph. in vita Ioannis, Georgius Trapez. tractatu quodam
super illa verba Domini Ioann. 21. sic cum volo manere, donec veniam. Ad eandem
sententia evidentur accedere D. Ambros. libr. 7. in Lucam. D. Ioann. Damascen.
orat. de transfiguratione. Eandem referunt ut probabilem Theophil. Ioann. viti-
mo, & Euthym. in Matth. cap. 43. Quæ opinio nititur potissimum duobus Scri-
pture testimoniosis iam citatis. Et præterea, quia Christus Matth. 20. dixit Ioanni
& Iacobo: Calice quidem meum bibet: quibus verbis de vtriusque martyrio locutus
fuisse nemini dubium est. Cum igitur haec tenus non legamus Ioannem Apostolum
martyrio vitam finuisse, videtur adhuc expectandum eius martyres tempus at-
que aded ad extremam mundi tempora referuari, ut pro fidei confessione ab Anti-
christo moriatur acceperiat. Denique quis consentaneus est, ut Antichristo omnium le-
gentia multo gñ violatori se se opponant legum omnium locupletissimi testes, & acerrimi pro-
paguatoris: quare cum Enoch etépore pro lege natura, Helias pro lege scripta
pugnare debeant, illad suporet, ut Ioannes legis Euangelica partestucatur.

*Contraria tamen sententia multo est probabilius, & certior, atque aled omnino
amplectenda: cuius illud est fundamentum præcipuum, & firmissimum, quod Ioan-
mortuam iam esse est communis Patrum doctrina: sic enim tradunt Tert. l. de anima
c. 50. D. Hier. li. de scriptoribus Eccl. & liii. aduersus Iemonianum, & in com. super
20. c. Mat. Buseb. Cæl. lv. p. hist. Eccl. c. 24. Nicoph. li. c. 35. & li. c. 42. D. Aug. tract.
12. 4. in Ioan. Epiph. heret. 79. D. Isidor. li. de vita, & obitu Sanctorum c. 74. Theophil.
Beda. & Beda Ioan. vitimo, Euthym. in Mat. c. 43. Præterea in cœilio Ephelino inveni-
torum reliquiae Martyrum, maximè vero Ioannis Theologi: carundéque reliquia-
rum.*

rum mentionem facit Cœlestinus Papa in epist. ad synodum Ephesinam. Idemq; *Cœlest. P.ap.*
non obscurè significavit D. Chrysost. hom. 26. in Epist. ad Hebr. & hom. 2. in Ioan. D. Chrysost.
referantque D. Thom. in cap. 21. Ioan. & in 4. sentent. de 43. q. 3. ad 2. & Abul. q. 79. D. Thom.
in 20. cap. Matth. Præterea eius sepulchri meminerunt Euseb. lib. 3. hist. Eccl. c. 33. *Abulensis.*
D. Hieron. de scriptor. Eccles. in Ioanne, D. Chrysost. hom. 29. in epist. ad Hebr. *So-*
D. Hieron. crates lib. 6. c. 10. Sofom. lib. 8. c. 6. Palladius in dialog. Metaphr. in vita Ioannis. D. Chrysost.
Quanquam verò Ioannem obiisse, & statim resurrexisse, atque adeò tam animo, *Socrates.*
quām corpore beatū in celo esse existimauit Nicéph. locis citatis, & Petrus Da-
mianus serm. 2. de excellentia Beati Ioannis Euangelista, & D. Thom. in caput 21.
Ioannis, vbi opinione de sepulchro eius cōmemorat: eamque opinionem refe-
rant, nec reliquant D. Ambros. serm. 20. in Psalm. 118. & D. Hieron. in serm. de as-
sumptione: probabilius tamen nobis videtur cum nondū surrexisse, tantum
que eius anima in celo esse propter ea, quæ paulo ante de reliquijs eius diximus.
Ex quo illud etiam colligimus eum nequaquam extremis mundi temporibus
venturum: cùm enim eius anima iam sit beata, nullo pacto est credibile iterum ad
mortale corpus, communēque cum hominibus conuerstationem reuersuram:
est enim instar insoliti cuiusdam prodigiij, quod non est temere affirmandum:
quam ob causam qui eum eo tempore venturum senserunt, consequenter affir-
marunt, nondū diem suum obiisse: sed sicut Enoch, & Heliam viuum diuinitus
reservari: id quod etiam multo magis dicendum est iuxta illorum sententiam, qui
eum in corpore gloriose iam resurrexisse putauerunt.

Nec verò testimonia Scriptura citata nobis officiunt. Ad illud enim quod di- III.
citur Ioan. 21. *sic eum volo manere, donec veniam,* dicimus variari esse eius loci le- Refelluntur
tationem. Etenim plerique legunt *sic*, veluti D. August. tract. 124. in Ioan. D. Am- rationes pri-
br. lib. 7. in Luc. & D. Bernardus serm. de natali Innocentium: & alij *si*, vt Cybill. me sententie.
Alex. lib. 12. in Ioan. cap. 86. D. Chrysost. hom. 83. & D. Hieron. lib. 1. contra Loui- D. August.
lian. Alij utrumque coniungunt, & legunt, *si sic*, vt D. Ambros. in orat. fune- D. Ambros.
bri de obitu fratris. Utrumque tamen it, Cybill. Alex. facile se hoc modo expedit:
ait enim Christum nihil affirmasse, sed tantum conditionaliter response curiosam D. Bernard.
Petri questionem compescere voluisse. Illud tamen magis dixerim, si legendum Cyril. Alex.
est, *volo*, vt legunt D. Ambros. D. August. D. Bern. locis citatis, & Doctores com- D. Chrysost.
muniter: non autem, *velim*, vt legit Cyril. Alex. propositionem videri potius D. Hieron.
absolutam, quām conditionatam, atque adeo Christum Dominum aliquid affir- D. Ambros.
mare voluisse siue legendur sit, *si*, siue, *si*. Tunc verò respondemus Christum lo- Cyril. Alex.
qui de suo aduentu non ad iudicium, sed ad puniendo Iudeos per Titum. itaque si- Apoc. 2. 3.
gnificate voluisse Ioannem non antè vrbis euersionem moritum: quod ita cō-
tigit: obiit enim anno Domini 99. hoc est, post euersionem vrbis 75. siquidem ea
accidit anno 42. post Domini passionem. Eodem sensu dictum est c. 2. huins operis
Angelo Ephesi: *sin minus venio tibi cirò, & moueo candelabrum tuum de loco suo, nisi*
presentiam egeris. Vbi, *venio tibi*, punitionem significat, vt eo loco diximus. Atque
hæc respontio videtur nobis præ ceteris probabilior, quippe quæ sit modo loquē-
di Scriptura consuetanea, & facile omnem dicitur cōtroueriam. Cum verò hic
dicitur: *oporete te interius prophetare gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis;*
illud tantum significatur Ioannem ex insula Patmos, vbi tunc erat, in Asiam re- D. Hieron.
uersum, ibique per se ipsum & toto osbe per Euangelium, quod conscripturus
erat, multis gentibus, populis, linguis, ac Regibus sibi mysteria prædicaturum.
Quod autem Christus dixit Ioannem calicem passionis bibitum, D. Hieron. eo
loco docet impletum fuisse, cum in feruentibus olei dolium Domitianum iussu mil-

Gg

sus fuit: licet enim tunc temporis fuerit diuinitus seruatus à morte: quia tam
sponte pro fide se morti obtulit, causaque illa sufficiens erat ad mortem ei
inferendam, nisi miraculum intercederet, verè calicem passionis bibisse dicendus
est. Denique non est opus, ut Ioannes pro lege gratiæ prædicanda tunc veniat, cù
defuntri non sint quamplurimi, iisque excellentes Sancti, & Heroës, qui cam sua
prædicatione, & martyriō testari debent.

ARGUMENTVM.

*Caput hoc undecimum adhuc sexti Angeli visionem persequitur, eaque absolu-
ta septimi visionem comprehendit. Multa in ea commemorantur, que tempore An-
tichristi debent contingere: potissimum vero Enoch, & Helia prædictio, mar-
tyrium, & resurrectio.*

CAPVT V N D E C I M V M

ET datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi:
surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo:
atrium autem, quod est intra templum, eiice foras, & ne
metiaris illud, quoniam datum est Gentibus, & ciuita-
tem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Et dabo
duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta
amicti laccis. Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspe-
ctu Domini terræ stantia. Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet
de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: & si quis voluerit eos
lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi
cœlum, ne pluat diebus prophetæ ipsorum: & potestatem habent
super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram
omni plaga, quoiescunque voluerint. Et cum finierint testimoni-
num suum, bestia, quæ ascendet de abyssو, faciet aduersum eos bel-
lum, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in pla-
teis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus,
vbi & Dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de tribubus, &
populis, & linguis, & Gentibus corpora eorum per tres dies, & dimi-
diū: & corpora eorum non sinent ponи in monumentis. Et inha-
bitantes terram gaudebunt super illos, & incundabuntur: & munera
mittent inuicem, quoniam hi duo Prophetæ cruciauerunt eos,
qui habitabant super terram. Et post dies tres, & dimidiū, spiritus
vitæ à Deo intravit in eos. Et steterunt super pedes suos, & timor
magnus cecidit super in eos, qui viderunt eos. Et audierunt vocem
magnam de cœlo, dicentem eis: Ascendite huc: Erascerunt in
cœlum in nube, & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus
est terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit: & occisa
sunt in terræmotu nomina hominum septem millia, & reliqui in
timorem